

ANNO CHRISTI non accedentibus ad concilium rite indicatum
1514 penit, dictius mandamus, ut ad dictum
concilium Lateranense accedere personaliter, &
usquequo conclusum, & auctoritate nostra ab-
solutum fuerit, in Urbe morari debeant, nisi
aliqua legitima causa impediti fuerint. Et si,
ut prefecimus, modo fuerint impediti, pro-
curatores suos speciales cum pleno mandato ad
ea qua tractanda, agenda & deliberanda e-
runt, idoneos mittant. Et ut omnis prorsus
excusatio tollatur, neve cuicunque venire de-
benti praetextus aliquis cujuscumque impedi-
menti relinquatur, preter publicum fidem,
quam in indicione hujus concilii omnibus ad
id venientibus liquet esse concilium, hoc eo-
dem approbante concilio, omnibus & linguis
in congregationibus conciliorum generalium
adesse solitis, & ad ipsum Lateranense concilium
venientibus, eorumque domesticis famili-
aribus, cujuscumque status, gradus, ordinis
& conditionis vel nobilitatis existant, ecclesi-
sticis & secularibus pro se & bonis suis quibus-
cumque per civitates, terras & loca, tam ma-
ritima quam terrestria, dictae Romanae ecclesiae
subjecta, ad concilium Lateranense ad Urbem
venienti, & in ea libere commorandi, & pro
animi sollicitia consulendi, & ab ea quovis
videbitur recedendi, & post quatuor menses
a dicti concilii conclusione & dissolutione li-
berum, turum & securum salvum conductum,
ac plenam & omnimodam securitatem auto-
ritate apostolica tenore presentium, de con-
silio & potestate praeditis, damus & conce-
dimus & impartimur, aliosque salvoconductu-
tus & securitates habere cupientibus dare li-
bere pollicemur: quos omnes & singulos beni-
gne & caritative tractabimus & suscipiemus.
Mandantes omnibus & singulis principibus se-
cularibus, quantcumque grandi dignitate,
etiam imperiali, regali, regionali, ducali,
aut alia quacumque fulgentibus, & civitatum
rectoribus, ac civibus eorum rempublicam gu-
bernantibus & regentibus, ut prelatis & aliis
ad dictum concilium Lateranense venientibus,
sub divine maiestatis & indignationis nostre
incusso, penitus contra impudentes concilio-
rum celebrationem, & praesertim dicti Late-
ranensis concilii, in jure, sive literis praefatae
indictionis per praedecessorem nostrum conten-
tis & appositis, liberam licentiam & facul-
tatem, salvumque conductum veniendi & re-
deundi, & per eorum dominij, terras & lo-
ca, per quae ipsos transitum facere oporteat,
cum eorum rebus & bonis ac equis, liberum
transitum & innoxium concedant, omnibus
prorsus exceptionibus sive excusationibus semo-
tis ac cestantibus. Mandamus insuper &
injungimus sub indignationis nostre & aliis arbitrio
nostris infligendis penitus, omnibus & sin-
gulis gentibus nostris armigeris, tam pedestri-
bus quam equitibus, eorumque ducibus &
ducoribus, ac etiam arcium nostrorum castel-
lanis, civitatumque & locorum dictae Romanae
ecclesiae subjectorum legatis, gubernatoribus,
rectoribus, locum tenentibus, potestatibus, of-
ficialibus & vassallis, ut quibusvis constitutio-
nibus, ordinationibus apostolicis, legibus im-
perialibus, statutisque & consuetudinibus mu-
nicipalibus, etiam iuramento & confirmatione
apostolica, aut quavis alia firmitate roboratis
non obstantibus, quae salvoconductui & secu-
ritati premillis in aliquo derogate, seu illa-

A quoquo modo impedire possent, etiam si in **SESSIO**
IX.
lla forent, de quibus specialis & specifca, ex-
pressa & individua, non autem per generales
clausulas id importanter, mentio, seu quavis
alia expressio habenda foret, illorum omnium
tenores praetentibus, as si de verbo ad verbum
insererentur, pro expressis habentes, & aliis
quibuscumque, cuiuscumque gradus, status
conditionis & praeminentia locis: ut ipsos
venientes ad concilium Lateranense libere, tu-
te & securi transire, morari & recedere per-
mittant & permitti faciant, ne tam laetum
laudabile ac per necessarium concilium quavis
causa vel praetextu distrahatur, & ut ad illud
venientes tute ac in pacis tranquillitate liber-
tateque vivere, dicere & expedire valeant,
qua honorem Dei omnipotentis, statumque
totius ecclesiae concernant. Nulli ergo omnino
homoplum licet hanc paginam nostrae iniun-
ctionis, inhibitionis, relaxationis, exhortatio-
nis, rogationis, munitionis, castigationis, irri-
tationis, annulationis, donationis, concellatio-
nis, obligationis & mandati infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare presumperit, indignationem omni-
potentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apo-
stolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae in publica sessione in Latera-
nensi sacrosancta basilica solemniter celebrata,
anno incarnationis dominice millesimo quin-
gentesimo decimoquarto, tertio Nonas Maii,
pontificatus nostri anno secundo. Qua per-
fecta, petiti a concilio, an placenter paternitatis
suis contenta in schedula. Et omnes,
nemine penitus discrepante, ac quilibet eorum
respondebat, placere contenta in schedula. De-
inde reverendus pater dominus Vincentius ar-
chiepiscopus Neapolitanus ascendit ambonem,
& legit aliam quamdam schedulam tenoris in-
tra scripti.

BULLA REFORMATIONIS CURIAE.

*Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam
rei memoriam, sacrosancto appro-
bante concilio.*

Superna dispositionis arbitrio, quo caelestia
pariter & terrena ineffabili providentia dispo-
nuntur, in sublimi beati Petri folio Christi
unigeniti Dei filii gerentem vices in terris Ro-
manam pontificem decet in primis, pro cura
& salute dominici gregis sibi divinitus commis-
si, providi exercete pastoris officium. Quare
pro dicti pastoralis officii solicitudine, cum
ecclesiasticam disciplinam, ac per omnes fere
Christi fidelium gradus bene recteque vivendi
regulari temporum difficultate ac hominum ma-
litia, licentiaque & impunitate in deterius ita
labi, diffluere, aberrareque longius & recta
via animadvertisimus, ut nisi provida corrige-
tur emendatione, in varios errores securitate
peccandi quotidie magis incidere, moxque ob-
ortis publice scandalis, prouumpere sit voran-
dum. Cupientes igitur, querentes nobis ex
alto permittitur, ea jam nimium invalecentia
mala corrigeri, ac pleraque in primitum fa-
crorum canonum observantiam reducere, ac in
melius juxta sanctorum patrum instituta dante
domino reformare, eaque omnia, sacro appro-
bante Lateranensi concilio, a felicis recordatio-
nis Julio papa secundo praedecessore nostro in-

SESSION IX. ter alia propter ea incepit, & per nos continuato, salubriter moderari: ut ab hac summa exordium, qua pro nunc magis expedire videntur, & que sope per singulas etates neglegta, magnam Christianae religioi attulere periculum, & in ecclesia Dei maxima scandala pepererunt, a promotionibus scilicet ad ecclesiasticas dignitates constitutius exordiri. Cum pie memorie Alexander papa tertius praedecessor noster etiam in Lateranensi concilio decreverit, ut atas, morum gravitas, ac literarum scientia in personis promovendis in episcopos & abbates diligenter inquirantur, nihilque magis Dei ecclesie officiar, quam cum immunitati afflumuntur prelati ad regimem ecclesiarum, propterea in promotionibus praelatorum, quarum a Romanis pontificibus magna ratio haberi debet, eo praelatum, quod de promotis personis ad ecclesias seu monasteria in extremo iudicio rataonem Deo redditus sunt, statuimus & ordinamus, ut deinceps perpetuis suis temporibus, patriarchalibus, metropolitanis ac cathedralibus ecclesias & monasteriorum pro tempore vacantibus, de personis, juxta prefaci Alexandri constitutionem, etate matura, gravitate morum, literarumque scientia preditis, non ad alicujus instantiam, per commendam & administrationem seu conservationem, aut alio quovis modo provideatur, nisi ratione utilitatis ecclesiarum, prudentiae, nobilitatis, probitatis, experientiae atque curiositatis antiquorum competenti literatura, & in fide apostolica meritorum, aliter vilium fuerit facendum. Idemque in electis & postulatis, quorum electiones & postulationes per fedem apostolicam admitti confluuerunt, volumus observari. Et si de minoribus etate triginta annorum ecclesias aut monasteriorum hujusmodi contigerit provideri, non dispensetur cum eisdem, ut ecclesias circa vigesimumleptimum etatis annum, monasteriorum vero circa vigesimumsecundum praesce valent. Quinimo ut accuratius diligentiusque idoneas personas promoteantur, statuimus, ut cardinalis, cui electionis, postulationis aut provisionis ecclesiae seu monasterii relatio committetur, antequam in sacro consistorio, ut D^r moris est, referat commissionem examinis ac relationis hujusmodi sibi datum, unicuiuslibet ordinis antiquiori cardinali in ipso consistorio per seipsum, vel si ea die, qua sibi commissionis onus injunctum fuerit, consistorium non fuerit, per secretarium suum aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam illum facere debet: qui tres priores aliis quamprimum sui ordinis cardinali eam significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis, postulationis aut promotionis summarie & de plano per seipsum dictus relator examinet, & si qui contradixerint, his vocatis, idoneos, graves & fide dignos testes, & si expedient opusue fuerit, alias ex officio cluare, processusque & iura ejusmodi relationis, una cum dictis testium die factione relationis secum ad consistorium deferre debeat; neque illo modo referat, si presens in curia promovendus majorem cardinalium partem antea non adverit, ut que a referente collega sint cardinales audituri, occulte fide, quantum ad personam promovendi attinet, cognoscere possint. Promotus vero eodem cardinalis qui presentes in curia fuisse, ex antiquo more coactitudineque laudabili quoniam primum vixitare teneatur. Quem quidem morem

A laudabilemque consuetudinem inovamus, ac inviolabiliter observari mandamus. Et quoniam episcopalem dignitatem tueri illas, de me improborum impugnationibus, aut accusacionum calunialis passim patet, resipi per est: statuimus, ut nullus episcopus aut abbas, quovis instante ac requirente, nisi sibi copia & facultas legitime defensionis permittatur, etiam si crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis, causa plenarie probata fuerit, dignitate privari valeat: neve aliquis penitus invitus, nisi alii iustis efficacibusque rationibus & causa, transferat juxta formam ac decretum concilii Constantini. Et quoniam ex commendis monasteriorum (ut magistris rerum experientia sepius docuit) monasteria spia tam in spiritualibus quam in temporalibus graviter beduntur, quippe quorum malitia partim commendatariorum negligientia, partim avaritia vel incuria collabuntur, & in dies divinus cultus in his magis diminuitur, passimque obliquandi materis personis praelatum laicislibus prebetur, non ablico dignitatis apostolicae sed diminutione, a qua commendare hujusmodi prolixiscuntur: ut eorum indemnitatibus salubriter consulatur, volumus ac lancimus, ut cum illa per obitum abbatis qui illis praeerant vacaverint, nullo pacto cuquam possint commendari, nisi pro conservatione auctoritatis apostolicae sedis, & ad occurrentum malitiu illam impugnantium, pro temporum qualitate aliter nobis de fratribus nostrorum consilio vilium fuerit expedire. Sed de persona idonea iuxta prescriptam constitutionem eius ita provideatur, ut illis idonei abbates, prout decet, prefutari sint. Ea vero monasteria, quae commendata fuerint, cum per eorum cellum vel decelsum, quibus erant commendata, commendari hujusmodi cessaverint, cardinalibus dumtaxat ac personis qualificatis & bene meritis commendari possint: ita tamen, quod eorum monasteriorum commendatarii, quibus antea de cetero commendata fuerint, cuiusvis dignitatis, honoris & praeminentiae existant, etiam cardinalatus honore & dignitate fungantur, si mensam habuerint separatam, ac leorum a mensa conventuali, quartam lumen mense partem pro restauratione fabricae, seu pro ornamenti, vestibus ac paramentis emendis facienda, aut pauperum alimonia, aut sustentatione, ut major exiget ac suadebit necessitas; si vero mensa fuerit communis, tertiam omnium fructuum dicti monasterii sibi commendati partem pro supradictis oneribus supponant, & sustentatione monachorum, omnibus aliis deductis oneribus, impariti teneantur. Ac iterum, quae super monasteriorum hujusmodi commendis expedientur, cum claustrula hoc ipsum specifice exprimente debeat expediti. Alioquin, si aliter expediantur, nullius sine robore vel momenti. Et quoniam ecclesias hujusmodi absque aliqua fructuum diminutione providari decet, ut tam dignitati praesidentium, quam ecclesiarum & sediciorum necessitati consulari, decorumque pariter ac statuimus, ut super eamdem ecclesiarum fructibus pensiones minime referventur, nisi ex rebus gestione causa, aut etiam alia, que in decreto nostro consistorio justa, probabilis & honesta habita fuerit.

Statuimus quoque, ut de cetero parochiales ecclesias ac dignitates maiores & principales, aliaqua beneficia ecclesiastica, quorum fru-

ANNO
CHRISTI
1316

AÑO fructus , redditus & proventus ducentorum ducatorum auti de camera , secundum communem estimationem , valorem annuum non constituant vel attingant , nec non hospitalia , leprosaria , xenodochia , cuiuscumque valoris , que ad pauperum usum & almoniam instituta sunt , laicis Romana ecclesia cardinalibus non commendantur , aut alio quovis titulo conferantur , nisi per obitum familiarium suorum vacaverint , que illis commendari possint , ut illa ad illam personarum sibi gratarum & idonearum commodum infra sex menses dimittere tenentur : quibus etiam , quoad beneficia , ad que haberent regressum , prejudicare non intendimus . Ordinamus etiam , ne ecclesiarum & quorūcumque monasteriorum & militiarum membrorum a suo capite , quod est absurdum & absque legitima & rationabili causa disjungantur aut separantur . Uniones perpetue , præterquam in calibes a jure permitti , vel sine rationabili causa , nequamque fiant . Dispensations autem ad plera incompassibilia ultra duo , nisi qualificatis iuxta formam juris communis , non concedantur , nisi ex magna & urgente causa . Et personis cuiuscumque dignitatis parochiales ecclesiæ & eorum perpetuas vicarias , ac dignitates majores & principales , etiam per viam unionis vel commende ad vitam , ultra quatuor obtinentibus , exnunc terminum duorum annorum presigimus , ut interim quatuor tantum ex eis retentis , reliquias dimittere tenentur , & beneficia dimittenda hujusmodi regnari valeant in manibus ordinariorum , ad effectum , ut de illis provideatur personis per eos nominandis , quacumque reservatione etiam generali , etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante , non obstante : quo elapsi termino , nisi dimiserint , omnia vacare censeantur , ac possint libere ut vacantia impetrari : talesque præterea retinentes penas extravagantis execrabilis recolenda memorie Joannais papæ vigesimali secundi etiam prædecessoris nostri incurant . Item statuimus , ut speciales reservations quorūcumque beneficiorum ad cuiusvis instantiam minime concedantur .

De cardinalibus .

Et cum sanctæ Romanae ecclesiæ cardinales ceteros omnes in ipsa ecclesia post summum pontificem honore ac dignitate procedant , conveniens ac debitum est , ut vita munditia ac virtutum splendore cunctis præfulgeant . Quapropter non modo hottamur eos ac monemus , verum etiam statuimus & ordinamus , ut de cetero quilibet cardinalium pro tempore existens , iusta doctrinam apostoli , ita sobrie , castè ac pie vivat , ut nos solum a malo , sed ab omni etiam specie mali abstinen , coram hominibus luceat , Deumque in primis operibus honorifice . Sint omnes vigilis , ac divinis officiis , missiarumque celebrationibus intenti , habeantque capellas suas in loco honesto , prout facere consueverant . Sitque eorum dominus , familia , mensa , supelleque , non fastu aut pompa , neque superfluis rebus , neque aliquo modo reprehensibili , ne peccandi excedendique modum licentia inde nascatur , sed ut aqua est , modestia & frugalitatis specula dici mereatur . Illis itaque sint contenti , que sacerdotalem posse ferant modestiam , ac prælatos & quoscumque alios

insignes viros ad Romanam curiam venient **SESSIONE** IX. tam publice quam privatim , tractent , & apud nos & successores nostros gratis liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant .

Præterea ministerium indecorum episcoporum prælatorumque in domibus non habeant , ne ceteris praetere instituti , & factio charactere insigniti , in vilia descendant ministeria , passionis pastoralis officii contemptum inducent . Eos itaque quos vel nunc habent , vel in posterum sunt habituri , honorifice , ut fratres , ac iuxta eorum status concedentiam trahant .

Cumq[ue] Romani pontifices communi omnium Chilli fidelium Patri afflant , personarum acceptatores vel advocatos eos fieri valde inconveniens est . Propterea statuimus , ne partialitatem suscipiane aliquam , neque principum aut communitatum , vel quorūcumque aliorum contra quemquam , nisi quantum justitia & equitas postulat , eorumque dignitas & conditio requirat , promotores aut defensores fiant , sed a privata omni passione sejunti , sedandis & computandis inter quoscumque litibus omni diligentia videntur incumbantque : principum & quorūcumque aliorum , ac præsertim pauperum & religiosorum justa negotia pio promoveant affectu , oppressos & injuste gravatos juxta vitæ suas & officii debitum adjuvent .

Tituli sui loca , si præsentes in curia fuerint , personaliter : si vero absentes , per vicarium idoneum semel sicutem singulis annis visitent & clericos & populos ecclesiarum titulo suo subiectarum cum diligenter inquirant , vigilentque circa cultum divinum & bona dictarum ecclesiarum , moreque in primis & vitam clericorum & parochianorum solerter explorant , eosque omnes & singulos ad recte honeste vivendum paterno monent affectu .

Pro augmento autem divini cultus & salute animæ sue , quilibet cardinalis vel in vita donet , vel in mortis articulo relinquat suo titulo ; quantum sit satis ad presbyterum unum commode ibi sustentandum : vel in ecclesia indigent reparatione , vel alia subventione , tantum illi relinquat vel donet , quantum conscientiae sue videbitur .

Et cum minime deceat , affines & consanguineos , præsertim benemeritos & ope indigentes , negligere , sed illis provideat iustum & laudabile sit : non præterea tamen vel beneficiorum multitudine , vel ecclesiasticis redditibus ita eos impleri conveniente arbitramur , ut ceteri damnum ex hujusmodi laitionis intemperantia patientur , & inde scandalum nascatur . Statuimus itaque , ut ecclesiarum bona temere non effundant , sed ea in piis & sanctis operibus exponant , quorum causa magni & opimi redditus per sanctos patres statuti & ordinati fuerunt .

Volumus etiam ut ecclesiæ eisdem cardinalibus commendatis , etiam si cathedralis , abbaticæsve , aut prioratus , vel quoscumque alia beneficia ecclesiastica fuerint , ab illo omni proflus excusatione procurent , ac omni conatu suo provideant debite inferiri cathedralibus , dignos & idoneos vicarios , seu suffraganeos , prout consuetudo fuerit , cum digna & competenti mercede apponentes ; reliqui autem tibi commendatis ecclesiis aut monasteriis de justo clericorum vel capellanorum , seu

SESSION
IX.

seu religiosorum aut monachorum , Deo fulti-
ceter & laudabiliter servientium numero pro-
videntes : edificia quoque , possessiones & ju-
ra quacumque in statu convenienti conser-
vent , & diruta instaurent , sicut ad bonorum
prawlatorum & commendatariorum officium spe-
cat.

Statuimus etiam , ut dicti cardinales circa
numerum familiarium , eorumque suis impensis
alendorum , magna utantur circumspectione
ac diligenti providentia , ne maiorem numerum ,
quam sua facultas , conditione ac digni-
tas paratur , habentes , luxus ac prodigalitatis
vicio notari possint : neve rursus avari sor-
didique habeantur , si in magnis & amplis redi-
ctibus , paucissimis victum prebeant , cum
domus cardinalium patens hospitium , portul-
que ac refugium proborum & doctorum maxime
virorum & pauperum nobilium , honestarum
que personarum esse debeat . Sint igitur circa
modum & numerum tenendi prudentes , ac
de familiarium qualitate in primis curiosi , ne
ex alienis virtutis turpem sibi contrahant infamia
notam , vulgoque obloquendi calumniandiisque
justas prebeant occasionses .

Et cum maxime providendum sit , ut non
solum coram Dco , cui primum placere debe-
mus , sed etiam coram hominibus opera no-
stra probentur , ut ceteris exemplo ad imi-
tandum possimus esse , ordinamus ut quilibet
cardinalis se domus ac familiam suum optimum
rectorem praefectumque ostendat esse , tam circa
eaqua extrinseca omnibus apparent , quam
qua intus latent abscondita . Habeat ita ne
eorum quisque sacerdotes & levitas honestis
vestimentis induat , attenteque provideat ,
ne quis in familia sua quoquo modo benefi-
ciatus , & in sacris ordinibus constitutus , ve-
stes portet versicolores , nec eo habitu utatur ,
qui ordini ecclesiastico parum conveniat . Qua-
re in presbyteratus ordine constituti vestes co-
lorum , quae clericis a jure non prohibeantur ,
deferre debeant usque ad talus latem de-
missas . Et habentes dignitates in cathedralibus
& canonici etiam dicarum cathedralium , ac primam dignitatem in collegiatis D
habentes , & cardinalium capellani missas ce-
lebrantes , caputum deferre in publico teneantur : scutiferis vero paulo supra talos conce-
dantur .

Parafrenarii , quia in assiduo sunt motu ,
ministerioque funguntur laboriosiore , brevio-
ribus ac magis expeditis velibus uti possint ,
etiam si fuerint clerci , dummodo in presby-
teratus ordine non sint constituti : ita ta-
men ut ab honestate non discedant , sed ita
vivant , ut mores ecclesiasticis suis ordinibus non
discrepem .

Reliqui vero clericis temperate ac modeste
omnia faciant , & tam ipsi clericis beneficiari-
ti , quam in sacris ordinibus constituti , non
comam neque barbam nutriant , neque mu-
las , aut equos cum phaleris , ornamentisque
ex velluto aut serico factis habeant , sed ejus-
modi rebus ex panno tantum ut corio simpli-
citer utantur .

Si quis autem familiarium predictorum con-
tra fecerit , aut post tres menses legitima mo-
nitio precedente a praesentium publicatione ,
hujusmodi vestes prohibitas gestaverit ,
in excommunicationem incurrit . Si vero in-
fir tres alios menses non se correxerit , a per-
ceptione fructuum ex beneficio , quo obtinet ,

A suspensus intelligatur . Quod si per alias sex
menses in hujusmodi pertinacia obstinatus per-
manerit , legitima similiter monitione prece-
deante , beneficii omnibus , quacumque ha-
bet , privatus sit & esse censeatur : eaque sic
vacantia a sede apostolica libere imperari va-
leant . Quae omnia & singula in nostris & cu-
juscumque Romani pontificis pro tempore exi-
stentis familiaribus & similiiter in omnibus alitis
clericis beneficiariis , vel in sacris ordinibus con-
stitutis , ac etiam curialibus , locum habere vo-
lamus ; hoc uno tantum excepto , quod dicti
nostris & Romani pontificis familiares , rubri
coloris vestimenta gestare possint , pro decen-
tia & conuentudine dignitatis pontificalis . Et
B quoniam ad cardinales maxime spectat operum
optimorum cura , pro viribus laborabunt scire ,
qua regiones haeretibus , erroribusque ac super-
stitionibus contra veram & orthodoxam fidem
intendax sint , & ubi divinerum mandatorum
ecclesiastica deficit disciplina : qui que reges
ac principes , seu populi bellis infestentur , vel
infestari timeant . Hec & hujusmodi scire ,
ac nobis & Romano pontifici pro tempore exi-
stenti referre operam dabunt , ut opportuna &
salutaria talibus malis ac pestibus remedia vigi-
lanti studio excogitari valeant . Et cum frequen-
ti ac prope quotidiana experientia notum sit ,
provinciis ac civitatibus propter suorum legato-
rum de latere absentium multa sepius conting-
ere mala , variaque non sine apostolicis sedis
prajudicio scandala oriri , statuimus & ordi-
namus ut illis cardinalibus provincias ac civi-
tates legationis titulo obtinentibus , eas per
locum tenentes aut officiales quoscumque admi-
nistriate licet , sed personaliter ipsi pro majori
parte temporis adesse , atque eas omni vigilan-
tia regere & gubernare teneantur . Et qui nunc
titulum legationis obtinent , aut pro tempore
obtinebant , si in Italia , intra tres meases : si
extra Italiam , quinque a die praesentis publi-
cationis ad suas provincias ire , ac maiorem
temporis partem ibi residere teneantur , nisi de
noste & successorum nostrorum mandato , pro
aliquibus gravioribus negotiis in Romana curia
retineantur , vel ad alia loca , prout necessitas
postulat , mittantur : & tunc in dictis provinciis
ac civitatibus vicelegatos , auditores & locum
tenentes , ceterosque consuetos officiales , cum
debitis provisionibus ac salariis habeant . Qui
præmissa omnia & singula non servaverit , emolu-
mentis quibuscumque legationis caret . Quæ
quidem propter hoc antiquitus ordinata &
instituta fuerunt , ut opportuna legatorum pre-
sentina populis effet salutaris , non ut ipsi labo-
rum & curarum penitus expertes , lucro tantum
sub legationis titulo inharent . Et cum car-
inalis officium in primis veretur in frequenti
Romani pontificis assistentia & sedis apostoli-
cae negotiis , propterea statuimus , ut omnes
cardinales in Romana curia resideant ; & qui
sunt absentes , si in Italia , intra sex menses ,
si extra Italiam , infra annum a die publi-
cationis praesentis constitutionis revertantur . A-
lioquin fructus beneficiorum & omnium officio-
rum suorum emolumenta amittant , omnibusque
privilegiis generaliter & specialiter cardinalibus concessi , quam diu abfuerint , omni-
no careant , exceptis tamen illis , quos ratio-
ne officii ab apostolica sede sejuncti , vel de
Romani pontificis mandato aut licentia , vel
justo metu , aut quavis alia legitima causa
impediente , vel agnationis abesse contingat :

pri-

ANNO privilegii, indultis & immunitatibus, eisdem A
CHRISTI cardinalibus concessis, & in bulla nostra sub
data coronationis nostra contentis & expressis,
in suo robore nihilo minus permanentibus.

Statuimus insuper, ut expensis funebribus car-
dinalium, computatis omnibus mille quingen-
torum florenorum summam excedere non de-
beant, nisi executorum providentia, juliis alle-
gatis causis ac rationibus, plures expendendum
esse duxerit. Exequis & cunctum doloris prima
& nosa die fane: infra octavam vero missa de
more celebrentur.

Pro reverentia autem sedis apostolicae, utili-
tateque & honore communis pontificis & ipsorum cardinalium, ut scandalorum, quae nasci posse, occasio tollatur, majorque in sacro
senatu libertas votorum fiat, licetque, ut par-
est, cardinali cuique secundum Deum & con-
scientiam suam libere & impune quodcumque
sentiat dicere: statuimus, ne quis cardinalium
vota in consistorio data, & quacumque ibi ge-
sta aut dicta, que in odium, aut præjudicium,
aut scandalum alicujus redundare possint, terti-
pto aut verbo, vel quovis alio modo revelet
slib peccata perjurii & inobedientie, & quotiel-
cumque a nobis & Romano pontifice pro tem-
pore existente specialiter & expresse ultra pre-
missa indicium fuerit super aliquam re silentum,
si quis contra fecerit, ultra peccatas excommuni-
cationem late sententia incurrit: a qua non
possit absolviri, nisi a nobis vel prefato pontifi-
ce Romano & cum expressione cauila, præter-
quam in mortis articulo.

Reformationes curia, &c. diorum.

Et cum omnisetas ab adolescentia prona sit
ad malum, & a teneris assuefieri ad bonum ma-
gni sit operis & effectus, statuimus & ordina-
mus, ut magistri scholarium, & preceptores,
pueros suos, sive adolescentes nesciam in gram-
matica & rhetorica, ac ceteris hujusmodi audi-
re & instruere debeant, verum etiam docere te-
neantur ea, quae ad religionem pertinent, ut
sunt præcepta divina, articuli fidei, sacri hymni
& psalmi, ac sanctorum vita: diebusque
festivis nihil aliud eos docere possint, quam in
rebus ad religionem & bonos mores pertinenti-
bus, eoque in illis instruere, horari & cogere
in quantum possint, teneantur; ut nedum ad
missas, sed etiam ad vespertas, divinaque offi-
cias audienda, ad ecclesias accedant, & similiter
ad prædiciones & sermones audiendos impel-
lant, nihilque contra bonos mores, aut quod
ad impietatem inducat, eis legere possint.

Ad abolendam vero execrabilem blasphemiam, quae in maximum divini nominis, &
sanctorum contemptum supra modum invaluit, statuimus & ordinamus, quicumque Deo palam
sua publice maledixerit, contumeliosisque at-
que obsecratis verbis dominum nostrum Jesum
Christum vel gloriosem virginem Mariam ejus
genitricem expresse blasphemaverit, si manus
publicum juridictione gesserit, perdat emolumen-
tum trium mensuum pro prima & secunda
vice dicti officii: si tertio deliquerit, illo eo
ipso privatus existat. Si clericus vel sacerdos
fuerit, eo ipso quod de delicto hujusmodi fue-
rit convictus, etiam beneficiorum, quacumque
habuerit, fructibus applicandis, ut infra unius
 anni multetur: & hoc sit pro prima vice, qua-
b blasphemus ita deliquerit: pro secunda vero si
ita deliquerit, & convictus, ut prefectur, fuc-

tit, si unicum habuerit beneficium, eo pri-
vatum: si autem plura, quod ordinarius maluerit,
id amittere cogatur. Quod si tertio ejus cle-
ris arguatur & convincatur, dignitatibus ac be-
neficiis omnibus quacumque habuerit, eo ipso

SESSIO
IX.

privatus existat, ad eaque ulterius retinenda in-
abilitis reddatur, eaque libere impetrari & con-
seri possint. Laicus vero blasphemans, si nobilis
fuerit, pena vigintiquinque ducatorum mol-
etetur: & pro secunda vice, quinquaginta ta-
bucis basiliæ principis apostolorum de Urbe
applicandis: & aliis, ut infra deducitur: pro
tertia vero nobilitatem perdat. Si vero ignobi-
lis ac plebejus fuerit, in carcere decudatur.
Quod si ultra duas vices publice blasphemans
deprehensus fuerit, mitra infami per integrum
diem ante foras ecclesiæ principalis mittitus
stare cogatur. Si vero plures in hoc ipsum pec-
catum lapsi fuerit, ad perpetuos carceres, vel
ad tritemes damnatur ad judicis deputati arbitri-
um. In foro autem conscientia nemo blasphemus
recessus, absque gravissima penitentia, leveri
confessoris arbitrio injuncta, possit absolviri. Qui
vero reliquos sanctos blasphemaverit, arbitrio ju-
dicis rationem personarum habituri, mitius ali-
quanto puniri volumus. Statuimus etiam, ut se-
culares judices, qui contra tales blasphemias
convictos non animadverterint, eosque justis pen-
nis minime afficerint, quantum in eis fuerit,
quasi eidem sceleri obnoxii, eisdem quoque pen-
nis subjiciantur. Qui vero in illis inquietidis
puniendisque diligenter & leveri fuerint, pro
qualibet vice decem annorum indulgentiam con-
sequantur, & tertiam partem multæ pecunia-
rie habeant. Quicunque vero blasphemantem
audierint, eum verbis acriter objurgare tenean-
tur, si circa periculum suum id fieri posse con-
tingat, eumdemque deferre, vel notificare apud
judicem ecclesiasticum seu secularis intra tri-
duum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem
similiter audierint, singuli eum accusare
teneantur, nisi forte omnes convenerint, ut u-
nus pro cunctis tali fungatur officio. Quos om-
nes in virtute sanctæ obedientie hortamus & mon-
emus in domino, ut pro divini nominis rever-
entia & honore, suis dominiis ac terris premi-
la omnia servati & exactissime exequi mandent
ac faciant, uberrimam ab ipso Deo tam boni ac
pii operis mercedem habituri, similemque an-
norum decem indulgentiam ab apostolica sede
consecuturi cum tertia parte multæ, quod dictus
blasphemus plectetur, quoties tale scelus pu-
niendum curaverint. Quam quidem indulgen-
tiam & reliquam tertiam multæ partem accusatori,
blasphemi nomen deferenti, similiter
concedi & assignari volumus, aliis penis contra
hujusmodi blasphematos per sacros canones ex-
pressis, nihilo minus in suo robore manentibus.

Ut clerici presertim castæ continenterque jux-
ta canonum præcepta vivant, statuimus ut con-
tra facientes acriter secundum canones punian-
tur. Si quis vero tam laicus, quam clericus, de
crimine, propter quod venit ira Dei in filios dis-
fidentis, convictus fuerit, penalis per sacros ca-
nones aut jus civile respective impositis puni-
tur. Concubinarii autem, sive laici sive clerici
fuerint, eorumdem canonum penalis multetur:
neque superiorum tolerantia, seu prava
consuetudo, que potius corruptela dicenda est,
a multitudine peccantium, aliave quilibet ex-
cusatio eis aliquo modo suffragetur, sed juxta
juris centorum severe puniantur.

Ad bonum vero & quietum regimen civita-
tum,

ESSIO XI. **sum , ac locorum omnium Romanae ecclesie A**
subjectorum , constitutiones bona memoriae &
gidi episcopi Sabiniensis olim editas innovamus ,
easque inviolabiliter servari praecepimus & man-
damus .

B Et ut nefaria simonia labes ac pestis non solum a Romana curia , sed ex omni etiam Christiana ditione in perpetuum ejiciatur , constitutiones per antecessores nostros etiam in conciliis contra hujusmodi simoniacos editas innovamus , easque inviolabiliter servari praecepimus , ac poenas in eis contentas pro capillis & infertis haberi , & delinquentes etiam ductitate nostra affici volumus .

C Statuimus quoque & ordinamus , ut quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura , si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit , legitimo impedimentoo cessante , beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis officii & temporis , sed eos tamquam injuste perceptos , in fabricas hujusmodi beneficiorum vel pauperum elemosynas erogare teneat . Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit , legitima moxitione precedente , beneficio ipso privetur , cum propter officium detur beneficium . Intelligatur autem officium omnisiter , quoad hoc , ut beneficio privari possit , qui per quindocim dies illud bis saltem non dixerit , Deo tamen ultra promissa de dicta omissione redditurus rationem . Que poena in habitibus plura beneficia reiterabilis toties sit , quoties contra facere convincantur .

D Et cum fructuum ecclesiarum cathedralium & metropolitanarum , monasteriorumque & aliorum quorūcumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio & administratio ad nos & Romanum pontificem pro tempore existentem , & illos etiam , qui ejusmodi ecclesias , monasteria & beneficia jure & canonice obinent , solum pertineant , secularesque principes , omni etiam divino jure id prohibente , dictis ecclesias , monasteriis ac beneficiis intromittere se nullatenus debeant : statuimus & ordinamus , ut fructus , redditus & proventus ecclesiarum , monasteriorum ac beneficiorum , per seculares ullos principes , etiam imperator reges , reginæve , seu res publicæ vel potentatus fuerint , aut per eorum officiales , seu judices , etiam ecclesiasticos , vel quascumque alias personas , publicas vel privatas , de eorumdem imperatoris , regum , reginarumve ac principum , rerumque publicarum vel potentatum mandato , sequestrari , occupari , aut modo aliquo detineri , ipsique hujusmodi ecclesias , monasteria ac beneficia obinentes , sub praetextu fabricæ instauracionisque , sine Romanis pontificis tempore existentis expressa licentia , aut eleemosynarum , seu quovis alio colore aut fugo , impediri non debeant , quo minus de illis , ut antea libere ac sine impedimentoo disponere valeant . Et si sequestrati fuerint , occupative aut detenti , integre libereque ac sine exceptione vel mora , prælatis ad quos de jure legitimeque spectant , restituantur : de quibus si dissipati nulquam reperiri possint , eorum iusta estimatione facta , dictis prælatis satisfaci volumus per eos , qui dictas sequestrationes , applications , dissipationesque fecerint , aut fieri mandaverint , sub pena excommunicationis aut interdicti ecclesiastici , talium principum terris & dominio co ipso incurren-

E dis . Et ut eorum , ac eisdem subjectorum bona ubicumque reperta , si moniti parere noluerint , capi & retineri possint . Ipsi vero contra faientes , tam supradictis penis , quam privationis feudorum & privilegiorum , que a nobis & Romana vel aliis ecclesias nunc & pro tempore obtinuerint , & aliis contra violatores & oppressores libertatis ecclesiasticae , etiam per extravagantes & alias constitutiones , etiam incognitas , & forsau in usu non existentes , impositis , quarum omnium tenores pro expressis & insertis habentes innovamus , ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus & declaramus , ac secundum eas per quoscumque judices , etiam sanctæ Romanae ecclesie cardinales , sublata & adempta eis aliter judicandi declarandique potestate , sententiari , judicari & interpretari debere volumus atque mandamus .

Et cum a jure , tam divino quam humano , laicis potestas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit , innovamus omnes & singulas constitutiones felicis recordationis Bonifacii papæ octavi , etiam predecessoris nostri , que incipit : Felicis ; & Clementis quinti , que incipit : Si quis suadente ; nec non quascumque alias apostolicas sanctiones in favorem libertatis ecclesiasticae , & contra ejus violatores quomodolibet editas , & penis etiam contra talia presumentes , in bulla , que legitur in cena domini , contentis , in suo robore permanuis . Et cum in Lateranensi pariter ac conciliis generalibus sub excommunicationis pena prohibitum fuerit , ne reges , principes , duces , comites , barones , res publicæ , & alii potentatus quicunque regni , provinciis , civitatibus ac terris quoquo modo præsidentes , collectas , decimas , & alia hujusmodi onera , clericis , prælatis & aliis quibuscumque personis ecclesiasticis imponant , exigantque , neve a sponte etiam dantibus & consentientibus etiam recipiant : atque in præmissis auxilium , favorem , consiliumve palam vel occulte præstantes in excommunicationis late sententia penam eo ipso incident , & ipse quoque res publicæ ac communitates & universitates circa hoc quomodolibet delinquentes ecclesiastico eo ipso subjiciantur interdictio : prælati etiam , præmissis absque Romani pontificis expressa licentia ultra consentientes , excommunicationis & depositionis penam ipso facto incurvant , statuimus & ordinamus , ut de cetero talia præsumentes , etiam , ut præfertur , qualificati fuerint , ultra supradictas penas , quas contraveniendo eo ipso incurere volumus , innovamus , quod ad omnes actus legitimos , inhabiles & intestabiles habeantur . Et cum secundum leges civiles , & sacrorum canonum censuras , sortilegia per invocationem demonum , incantationes ac divinationes superstitionesque prohibitis sint , statuimus , decernimus & ordinamus , ut clerici , qui in præmissis culpabiliter inventi fuerint , arbitrio superiorum infamia notentur : si vero non destiterint , deponantur , atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris præfinendum , detrudantur , beneficisque , & officiis ecclesiasticis priventur . Laici vero utriusque sexus , excommunicationis & aliis penis juris , tam civilis , quam canonici subjaceant .

Et ut omnes facti Christiani , ac de fide malos sentientes , cujuscumque generis aut nationis fuerint , nec non heretici , seu aliqua heresis labe

ANNO
CHRISTI
1514

ANNO CHRISTI 1514 labi polluti, vel Judaizantes, a Christi fidelium ceteri penitus eliminantur, & a quocumque loco, & praesertim a Romana curia expellantur, ac debita animadversione puniantur, statuimus, ut contra eos diligenter inquisitione ubique & in dicta curia maxime, procedatur per judices per nos deputandos, & ejus criminis reos & legitime convictos, debitum poenam puniri, relapsos vero, absque illa spe venia aut remissionis affecti volumus. Et cum constitutiones & ordinaciones nostrae hujusmodi, quas pro nunc ordinamus, vitam, mores, ecclesiasticamque disciplinam concordant, tam officiales nostros, quam alios, tam in Romana curia, quam extra ubique locorum commorantes imitari convenerit, illis ligari, eosque ad eorum observationem inviolabilius tenere volumus atque decernimus. Et ne constitutiones ipsa alii censuris ac peenis in contrafacientes per antiqua jura & constitutiones imposedis derogare in aliquo videantur, cum ad argumentationem editis atque excoigitatis fuerint, etiam declaramus, per eorum dispositiones ordinationesque nihil prolixius iuri communis, vel decretis aliorum Romanorum pontificum ullaenes derogatum esse. Quinimo si quis in eis propter perversam temporum, aut locorum vel hominum corruptelam, vel abusum, aut quamcumque alias causam minime probandum, viagorem suum amiserint, ea etiunc innovavimus, confirmamus & inviolabilitate observari mandamus. Quas nostras consultissimas constitutiones, post duos menses ab eorum publicatione, ligare debet etiam decernimus & declaramus, districtus inhibentes, ne quis eas gloriare, vel super eis commentaria, interpretatione facere abisque speciali nostra vel sedis apostolice licentia presumat. Si quis autem auctu temerario contravenerit, excommunicationis late sententiae pennen eo ipso incurat. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti, sanctionis, reformationis, intentionis, ordinationis, exhortationis, monitionis, præcepti, voluntatis, innovationis, confirmationis, mandati, decreti, declarationis & inhibitionis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Roma in publica sessione in Lateranensi sacrosancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoquarto, tertio Nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Bolla seu schedula indictionis decima sessionis sacrosancti Lateranensis concilii, lecta per eundem reverendum patrem dominum archiepiscopum Neapolitanum in nona sessione.

Leo episcopus seruus servorum Dei ad futuram rei memoriam, sacro approbante concilio.

Ut hoc faciun Lateranense concilium ad finem uberrimè sperataque utilitatibus perducatur, posseque dicti prelati & alii vocati commode venire, & personaliter adesse, ut speramus: cumque alia plora & graviora in eo tractanda diligentiadque remaneant, ad omnipotentis Dei laudem & ecclesie sua exaltationem, decimam sessionem continuationi celebrationis ipsius Sacri Lateranensis concilii, Kalendis Decembris, que erit sexta teria post festum sancti Andrew

A apostoli, millesimo-quingentesimo decimoquarto, pontificatus nostri anno secundo, sacro concilio approbante, indicimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram indictionis, designationis, voluntatis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatissimae Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Roma in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis dominicae, millesimo quingentesimo decimoquarto, tertio Nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Qua perfecta, idem archiepiscopus petuit a sanctissimo domino nostro, & a reverendis patribus concilii, an placuerint paternitibus suis contenta in schedula, seu bullis per eum recitatis. Et omnes, praeter infra scriptos, qui votarunt prout infra, responderunt placere.

Particulariter, qui votaverunt, primo reverendus pater dominus Jeremias archiepiscopus Transalpicus, qui dicit, non placere ea, quas deviant a jure, & etiam, quia providetur, quoad multa non necessaria, & generalia omittuntur.

Reverendus pater dominus Joannes Staphyleus episcopus Sibiniensis dixit placere ibi, quod in omnibus in schedula contentis, quoad omnes cuiuscumque ordinis servetur dispositio juris communis.

Keverendus pater dominus Scaramusa episcopus Cumanus dixit, placere verba, cessante mentu cardinalium.

Reverendus patri domino Gabriele archiepiscopo Dyrachiensi placent omnia, praeter constitutiones Aegidii cardinalis, quas ignorat.

Reverendus patri domino Christophoro Polignianensi non placet, quoad resignationem beneficiorum, sed quoad cetera, sic.

Reverendus patri domino Michaeli Montalciniensi placent, praeter quoad duo incompatibilia, quia vult quod sint qualificati.

Reverendus patri domino Benedicto episcopo Chensi placent, prterquam de incompatibilibus resignandum quoad praeteita, & de accusandis & reprehendendis blasphemis in criminalibus.

Deinde sanctissimus dominus noster auditus votis respondit quod mutabuntur aliqua verba, sed non mutabitur sententia: & quod contenta in eis sum sanctitati alias placent. Super quibus omnibus & singulis dominus Marius de Peruschi procurator concilii petuit instrumentum & instrumenta.

Quibus absolutis, & incepto hymno personum dominum nostrum Leonem, Te Deum laudamus, &c. ad referendum Deo gratias de bonis operibus explicitis, prout est de more factorum conciliorum, & capella cantorum respondere usque ad finem hymni, fuit dissoluta sessio. Et sanctissimus dominus noster cum reverendissimis dominis cardinalibus & prelatis equitudo accesserunt ad palatium sancti Petri in Vaticano, associantes sanctissimum dominum nostrum, ut teneantur. Quo ibi dimisso, omnes reversi sunt ad proprias domos & habitationes ad Dei laudem.